

22. *An recte omittatur clausula illa orationis Dominica Quia tuum est regnum, &c. N. Extat enim apud Matthæum, & continet argumenta fiducia.*

23. *An particula Amen sit optantis vel asseuerantis? Est & optantis, & asseuerantis: quia optando asseueramus, & asseuerando optamus.*

CAPVT VII.

De Institutione Baptismi.

I.

Q*uando baptismus primum sit institutus? Cum Iohannes cœpit illum administrare in Iudæa. Quod vero attinet ad institutionem illam Matth. 28. illa respicit baptismi extensionem ad gentes.*

2. *Quid sibi velit vox μαθητεύειν Matth. 28. Significat discipulos facere. Fit autem aliquis discipulus Christi vel immediate, vt adultus, qui audit Euangelium, & Christo nomen dat: vel mediate, vt cum infantes, qui nascuntur é Christianis parentibus, censentur in foedere. Idem est iudicium de infantibus & liberis aulorum, qui recens conuertuntur ad Christum.*

3. *Quinam sint baptizandi? Omnes.*

B ; qui